



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones ab Alexandro VIII. Innocentio XII. & Clemente
XI. editas

Luxemburgi, 1739

XIV. Facultas celebrandi Missas die Sabbati S. in Capella S.M. de Athocha
Opp. Matriti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74715](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-74715)

ANNO
1692.

INNOCENTIUS DUODECIMUS.

181 ANNO
1692.

ri, & ab illis respective inviolabiliter observari: Sique in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & dissimiri debere; ac irritum, & inane si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

S. 4. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatuor opus sit quibusvis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, seu quavis firmitate alia robottatis statutis, & confuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes, illis alias in suo robore permanitis ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

S. 5. Volumus autem, ut earumdem præsentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicuius Notarii publici subfcripsi, & sigillo persona in Ecclesiastica dignitate constituta munitis, eadem prorsus fides tam in judicio, quam extra illud ubique locorum habetur, que haberetur ipsis præsentibus, si forent exhibita, vel ostenta.

Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die VIII. Junii MDCXCII. Pontificatus nostri Anno Primo.

XIV.

Conceditur facultas celebrandi tres Missas die Sabbati Sancti in Capella Sanctæ Mariæ de Athocha Fratrum Prædicat. Oppidi Matrii.

Inn. XI. Conf. ed. 1688. Jun. 26. P. 12. agitur de Missali. Et hujus Pontificis Conf. ed. 1694. Aug. 3. P. 3. permittitur Missa B. Joanne Alphonsi.

Dat. 8. Junii
1692. An. 1.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

Erat immemorabilis confuetudo celebrandi dictas Missas, sed ei adversabatur Decretum Congregationis.

Præces Regis Catholicus.

P Iis Orthodoxorum Regum de Ecclesia Dei multis nominibus optime meritorum studiis paterna charitate libenter obsecundamus, sicut ad Omnipotentis Dei gloriam, bonorum operum incrementum, & Christiani Populi ædificationem salubriter in Domino expedire arbitramur.

S. 1. Cum itaque, sicut pro parte charissimi in Christo filii nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici Nobis per dilectum filium nobilem virum modernum Ducem de Medinacæli ipsius Caroli Regis apud nos, & Sedem Apostolicam Oratorem nuper expositum fuit in Capella Regia sub titulo, seu invocatione Sanctæ Mariæ de Athocha nuncupat, in Ecclesia Fratrum Ordinis Predicatorum Oppidi Matrii Toletan. Dicecet, sita tres Missæ singulis annis die Sabbati Sancti immemorabili tempore celebrari haec tenus consueverint, nunc vero hac in re obster Decretum a Congregatione Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium Sacris Ritibus præpositorum novissime nempe die 11. Februario 1690. emanatum, ac a fel. record. Alexandro Papa VIII. prædecessore nostro approbatum, per quod celebratio missarum dicta die Sabbati Sancti in quibuscumque Ecclesiis, & Oratoriis, etiam privatis, non obstante quacumque confuetudine in contrarium, prohibetur, & unicam Missam Conventualem una cum officio ejusdem Sabbati Sancti celebrandam esse decernitur: Nobis propterea ejusdem Caroli Regis nomine per præfatum modernum Ducem humiliter sup-

plicatum fuit, ut in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur.

S. 2. Nos igitur piis ipsius Caroli Regis Votis, & supplicationibus hujusmodi quantum cum Domino possumus favorabiliter annuentes, de memoratorum Cardinalium consilio, ut prædicta die Sabbati Sancti in posterum singulis annis post absolutam Missam Solemnam in præfata Ecclesia, seu Capella tres Missæ tantum, juxta assertam antiquam, & immemorabilem confuetudinem, dummodo tamen præsens gratia non transcat in exemplum, celebrari libere, & licite possint, & valeat Apostolica auctoritate tenore præsentium concedimus, & indulgemus.

S. 3. Decernentes eadem præsentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari; sique in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si fecus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

S. 4. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die VIII. Junii MDCXCII. Pontificatus nostri Anno Primo.

Concessio
præd.

Clausula.

XV.

Confirmantur Constitutiones Congregationis Presbyterorum Secularium in Collegio Sanctæ Luciae Bononien. Societ. Jesu.

Conf. ed. 1692. Jun. 3. P. 1. confirmata fuere Constitutiones Presbyterorum SS. Trinitatis Peregrinorum, & Convalescentium de Urbe.

Dat. 21. Junii
1692. An. 1.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

Proemium.

I N supremo militantis Ecclesiae folio, meritis licet imparibus, per ineffabilem Divinæ Clementia abundantiam constituti, ea, quæ pro felici, prosperoque Congregationum Christifidelium in fortē Domini vocatorum, ac propriæ, alienæque saluti laudabili studio incumbentium ad exercenda Christianæ charitatis, atque pietatis opera pie, sancteque institutarum regimine, & progressu provide, prudenterque constituta, atque ordinata esse noscuntur, ut firma semper, atque illibata perfstant, Apostolici munimini patrino cum id a nobis petitur libenter roboramus.

S. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecerunt dilecti filii Camillus Malvezzi, & Hieronymus Sampieri Bononien., quod cum anno proxime præterito Venerabilis Frater Jacobus Archiepiscopus Bononien., ad Omnipotentis Dei gloriam, & Clericalis Status in Diœcesi Bononien. perfectionem, Congregationem Presbyterorum, seu Clericorum Secularium in Collegio S. Lucia Bononien. Clericorum Regularium Societatis Jesu exerxit, atque instituerit, eidem Congregatione de mandato ipsius Jacobi Archiepiscopi, prescriptæ fuerunt nonnullæ Constitutiones renotis, qui sequitur videlicet:

A quo insti-
tuta d. Con-
gregatio, &
conditæ fe-
quentes Con-
stitutiones.

Costituzioni della Congregazione degli Ecclesiastici Secolari eretta in Bologna nel Collegio di S. Lucia della Compagnia di Gesù, per ordine di Monsignore Illmo Arcivescovo Giacomo Boncompagni l'anno 1691. à dì 8. Novembre.

1. Il fine di questa Congregazione è attendere mediante la Divina grazia al proprio profitto

Bullarii Romani Contin. Pars VI.

Q

spirituale,